

durus, magnitudine mespili, quod in lapidē transisse dicas. Vbi striæ è vertice descendunt, lapis buxæo est colore, quòd partes illæ attritæ sint. Vires autem ei inesse existimat nō leues, sed nobis ignotas. Ego si ex characterib. naturæ vires sunt æstimandæ, vt quidam putant, Mespilēū lapidem plus ad Mespilos arbores fortè tutandas q̄ ad homines virium habere coniecerim. ¶ Myrrhites myrrhæ colorē habet, faciemq̄ minimæ gemmæ, vnguenti odorē: attrita, etiam nardi, Plinius. Eidem Aromatitis in Arabia nascit̄, & in Aegypto circa Pisas, vbiq̄ lapidosa, & myrrhæ coloris & odoris, ob hoc reginis frequentata. Antachates etiam cum vritur, myrrham ei redolet. Antipathes lacti immissa si in eo coquatur, facit id myrrhæ simile; Idem. ¶ Myrsinites melleum colorē habet, myrti odorem, Plinius.

Myrrhites.

N. Nucis iuglandis magnitudine, specie vitri, nascitur gemma Belus di-

S S